



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda Ecclesiae Paderbornensis

Dietrich <Paderborn, Bischof>

Paderbornae, 1602

De Epactis.

urn:nbn:de:gbv:23-drucke/s-483a-2f-helmst3

Explicatio Kalendarij.

2. Aurei numeri 1 & numerum compositum diuide per 19. Numerus qui ex diuisione relinquitur, erit numerus Aureus anni propositi, vt si queratur Aureus numerus anni currentis 1602. addo 1. & fient 1603. quæ diuido per 19. & remanent post diuisionem 7. quæ hoc anno sexcentesimo secundo sunt numerus Aureus. Rursum si anno sequenti 1603. addideris 1. fiet numerus 1604. quo diuiso 19. relinquuntur 8. pro Aureo numero anni 1603. Similiter si annis 1633. adiiciatur 1. fiet numerus 1634. quo diuiso per 19. nihil saperest; erit igitur tunc numerus Aureus 19. atque ita de ceteris. Numerus verò, qui ex diuisione producit, (quem Arithmeticci quotientem vocant) ostendit revolutiones huius Cycli à Christi nativitate elapsas.

DE EPACTA.

Epacta nihil aliud est, quam numerum vndecim dierum, quibus annus Solaris communis dierum, vt pote 365. annum communem Lunarem, dierum videlicet 354. superat. Nam in anno communi Solari Luna facit duo decim coniunctiones cum Sole, & vndecim dies supersunt decimæ tertie Lunationi, & hi vndecim dies sunt Epacta, efficiuntq; ut Nouilunia in anno sequenti vndecim diebus citius contingat quam in præcedenti. Et si secundo anno denuò addantur 11. fient 22. ac sic Nouilunia vigintiduobus diebus citius contingat anno tertio, quæ primo. Si vltterius his 22. adiiciantur 11. fient 33. ex quib; si triginta auferantur, (vt quæ integrum Lunationem constituant) remanebunt 3. Epacta quarti anni. Et sic à principio procedendo cum 11. habebitur Epacta anni propositi.

Obseruandum tamen quod Epactæ illi, quæ respondit aureo numero 19. semper adiiciuntur 12. loco 11. vt sequens Epacta haberi possit, quæ respondet aureo numero 1. Quod ideo fit, vt ultima Lunatio Embolismica, currente aureo

nume

Explicatio Kalendarii.

numero 19. fit tantum 29. dierum, videlicet uno die minor. Si enim 30. dierum esset, ut aliae sex Lunations Embolismis, non redirent Nouilunia post 19. annos Solares ad eosdem dies, sed uno die tardius quam ante 19. annos.

QVOMODO EPACTA EX AVREO NUMERO
ab anno currente 1602. ad annum 1699. inclusuè
fit elicienda.

REGVL A PRIMA

D Vc Aureum numerum annuitui in 11. cōpositum numerum per 30. diuide, quod remanet erit Epacta antiqua, ex hac aufer 10. & habebis Epactam houam iuxta cor rectum Calendarium. Exempli gratia: Anno hoc 1602. numerus Aureus 7. hunc duc in 11. & fient 77. quæ diuide per 30. superfunt 17. Epacta antiqua, à qua aufer 10. & remanebunt 7. Epacta noua.

REGVL A SECUNDA.

Q Vod, si Epacta antiqua minor sit quam 11. ita vt 10. ex ea auferri non possint, adde 30. ad illam antiquam, & tūc ex numero composito aufer 10. & prohibit Epacta noua. Exemplum: Anno Domini 1606. numerus aureus est 11. hunc duc in 11. & fient 121. quæ per 30. si diuiseris restabit 1. Epacta antiqua. Ab hac quia 10. auferri non possunt, ideo 30. Adiicienda, & fient 31. à quo numero si abstuleris 10. remanebunt 21. quæ est Epacta noui huius anni 1606.

REGVL A TERTIA.

P Orro, si numerus Aureus per 11. multiplicatus 30. non exæquet, (vt fit in vnitate & binario) tum 30. ei adjicenda sunt, & compositus per 30. diuidendus, & procedendū vt supra. Exempli causa: Anno Domini 1615 numerus Aureus est 1. hunc duc in 11. manebut 11. Quia igitur hic numerus minor est quæ vt per 30. diuidi possit, ideo adjicenda sunt ei 30. & fiet numerus 41. quem si per 30. diuidas supererunt 11. Epacta antiqua, à qua aufer 10. & manebit 1. Epacta noua.

Explicatio Kalendarij.

Si vero absq; longa computatione Epactam inuenire desideras, quere Aureum numerum anni tui in sequentia bella & Epacta, quæ directè illi supponitur, erit Epacta eiusdem anni.

TABELLA AVREORVM NUMERORVM ET
Epactarum inter respondentium, ab anno 1599, deseruic
vñp ad annum 1699, inclusuic.

ur. num. pacte.	1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.	10.	11.	12.	13.	14.
	I.	II.	III.	IV.	V.	VI.	VII.	VIII.	VIX.	X.	XI.	XII.	XIII.	XIV.
ur. num. pacte.	15.	16.	17.	18.	19.	20.	21.	22.	23.	24.	25.	26.	27.	28.
	V.	XVI.	XVII.	XVIII.	XIX.	X.	I.	XII.	XIII.	XIV.	XV.	XVI.	XVII.	XVIII.

Nuenta igitur hoc modo Epacta, quæ illam in sequenti Calendario, singulos menses percurrente; & diebus illos, quibus eam inuenieris scito esse Nouilunium. Obserendum tamen, quod cum nullus Cyclus Solaris calculo astronomico ad vnguem respondeat, data est diligenter opera, ut potius Nouilunia serius aliquando per Epactas demonstrentur, quam ut aliquando sedes suas anteuerant; ne cum Quartodecimanis hæreticis sacro sanctum Pascha, vel in 14. luna, vel ante celebretur.

DE CYCLO SOLARI.

Cyclus Solaris, seu litterarum Dominicalium, est reuolu-
tio numeri 28. annorum ab 1. vsque ad 28. qua reuolu-
tione peracta, iterum ad unitatem redditur: initiumq; su-
mum à Ianuario, formatur autem hic Cyclus Solaris 28. an-
norum ex multiplicatione 7. per 4. ob id, quod propter
septem dies hebdomadæ, septem sint litteræ Dominicales,
& quouis anno quarto unus dies intercalatur; ita, ut tunc
ordo ille septem litterarum interrupatur; recipienturq;
duæ litteræ dominicales.

Quomodo Cyclus Solaris inueniendus.

Annis Domini adde 9. (quia Christus natus est anno
I. huius Cycli) compositum numerum diuide per